HUGOLINUS DE URBE VETERE. MARCHETTUS DE PADUA
Norditalien (wohl Urbino), 1489 Seite 62r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



esse ultima quantitatis ps secta probat. hec q quantitas
multiplicata decrescit que ante sectionem secata tran-
scendit. Sed discreta quantitas multitudo appellat q
ab unitate incipiens qua nichil minus est & in ipsa
terminata ad maius interminabilis reperit nullus ei cre-
scendi finis occurrit occurrit. sed in infinita per numeros mul-
tiplicata progreditur. q numeri cum ad minorem modum ui-
deant finiti infinitatem admittunt cum excrescunt. Sunt
q harum quantitatum proprietates contrarie. altera ei multi-
plicata. in quantitate decrescit altera quantitatis perci-
pit augmentum. Sed qa utrique crescendi finem non
habet in crescendi infinitate conueniunt. Et quia discreta
quantitas de numeris est ideo numerate superius sonorum uel
uocum coniunctiones qa sine numeris esse non possunt ad ipsam
quantitatem discretam neccessario reducuntur. Et quia
ut dictum est huiusmodi quantitas in infinitum augmentabilis
est. Ideo ipse uocum connexiones in infinitum augmentari possunt
& multiplicari. qa sicut ex numeri addictione nume-
ralis quantitas in infinitum augetur. sic ex tonorum & se-
mitoniorum augmentatione efficitur diapentis uel diates-
saron. et ex diatessaron & diapentis coniunctione diapason
Que diapason consonantia duplicata bisdiapason efficitur sim-
phonia. et sic in infinitum si fieret progressio multipli-
cate uocum habentur connexiones. Nam multiplicium diuisorum